



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVII. Novitas, Novum, Novissimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

educar. debet. Aretin. in d. l. si disceptetur. eod. tit. Bald. in Auth. hoc locum. C. si mulier secund. nupserit. & in l. si ea. C. de condit. insert. Bellon. consil. 31. num. 5. Sylvan. consil. 28. n. 19. Ruin. consil. 34. n. 3. vol. 2. etiam si testator id disposuisset: quia ad pratoris officium spectat, ut à voluntate patris non nunquam recedatur, quò sine ulla maligna suspicione alatur partus & educetur. d. l. ubi pupill. educ. deb. quod etiam non absque ratione eoque extenderunt Dd. ut filium ne quidem apud matrem, quæ ad secundas nuptias transivit, educandum censeant. per d. l. i. C. ubi pup. quia tum mater est suspecta, & præsumitur majorem habere affectionem ad maritum novum, quam ad liberos ex matrimonio priori procreatos. gloss. & ibi Bart. in l. lex quæ tutores. C. de admissis. ant. Bald. in l. humanitatis. Cod. de impuber. substituit.

CAP. XVII. Novitas, Novum, Novissimum.

Axioma I.

Ea quæ de novo emergunt, novo auxilio indigent. c. insinuante 25. extr. de offic. delegat. cap. ult. extr. de resit. in integr. e. ceterum 4. extr. de jurament. calum. C. Pastoralis 4. extr. de exception. l. de atate n. 5. ex causa 8. ff. de interrog. act. Marant. p. 6. de dilat. num. 21. Barthol. Brixienf. quæst. 3. num. 5. Gail. lib. 2. obs. 91. num. 12. in rebus enim novis novum est remedium & consilium suggerendum. d. l. de atate. §. causa. cap. nulli 8. ibi: nisi ex causis postea emergentibus. de elect. & elect. potest. in 6. Jac. Mandellus consil. 9. num. 30. & seqq. Unde & ob id ex nova causa à constitutione, testam. torum dispositione, juramento, qualibet obligatione, privilegio, pactis & conventionibus receditur; quemadmodum hoc pluribus per leges & exempla ibid. allata latissime demonstrat Marfil. in l. i. §. si quis. n. 20. ff. de quæst. & post eum Pacian. consil. 134. n. 14.

II.

Novitates non sunt inducendæ. l. veltigalia 2. & ibid. Salicet. col. 1. C. veltigal. nov. l. penult. ff. de decret. ab ord. faciend. novitates enim plerumque sunt suspectæ. Wesenb. in paratit. ff. quod quiaque jur. stat. num. 2. & pariunt plerumque discordias ac odiosæ sunt, & per consequens iis non favendum. c. consuetudines 9. de consuetud. etiam si communis utilitas novitatum inductionem svadeat, teste Salicet. in l. i. C. nova veltigal. imponi. Consil. Arg. 1. consil. 2. num. 25. cum seqq. siquidem novitas ejus, quod admodum diu obtinuit & æquum iustumque; visum est, periculosa censetur. Ant. de Butr. in cap. non debet. de consangu. & affinit. ideoque quoad ejus fieri potest fugienda. cap. quod dilectio 3. de consangu. & affinit. l. in rebus novis 2. de consil. Princ. etiam si res eò deducta fuerit, à quo incipere non potuit, quod semel utiliter constitutum est. l. in ambiguis 85. §. non est novum 1. ubi Dec. & Cagnol. de R. I. Unde & quæ novo more contra formam statutorum facta sunt, reformari debent. l. 6. C. de accusat. Merckelbach. a-

pud Klock. i. consil. 6. num. 15. Varietas enim temporum & factorum etiam jurium & statutorum variationem inducit. Brunnem. ad l. 4. C. de Murrileg.

III.

Aliud est fieri de novo, & aliud quod factum est crescere vel extendi. Bertazol. lib. 1. consil. decis. consil. 63. num. 8. quia tunc dicitur novum, cum primum totaliter est extinctum, & reviviscit Castrenf. consil. 389. per tot. vol. 1. quod autem extenditur, non mutat suum esse. l. sed si manent. §. ff. de precar. Hinc fluit (1.) si ob contractum aliquid fisco inferendum, non est hoc denuò inferendum, si traditio diu post contractum fiat; traditio enim est saltem contractus implementum. (2.) si resolutio contractus fiat ex priori contractu, v. g. exacto de retrovendendo vel lege Commissoria, laudemium denuò non est solvendum. (3.) si Felonia Vasallo remissa, feudum tamen ob id non est novum, sed revertitur ad antiquam suam naturam. (4.) si ex pacto vel consuetudine subditi elocare teneantur filias principis, non tamen tenentur ad dotandam filiam in secundis nuptiis. Brunnem. C. de Consul. in fin.

IV.

Novitii in officio tenentur Primoribus illius militiæ, officii, corporis aliquid præbere, pro accessu & incorporatione, l. pen. §. 2. de leg. 3. quod dicebatur Sportula, l. 6. §. 1. de Decur. hoc autem prohibitum graviter est clericis. Nov. 56. cap. 1. Perez. C. de proxim. Sacr. Scrip. num. 7.

V.

Qui de novo aliquid, e. g. Nobilitatem, Legitimationem acquirit, præsumitur Jus illud antea non habuisse. Valeron. de transact. tit. 5. q. 4. num. 22. seqq.

VI.

Novo patrifamilias in exigendis creditis æquè ac novo nupto interdum parcimus. Cujac. lib. 9. qq. Papin. ad l. 4. §. soli. Quod cum eo qui in alien. p. 220. idem ad l. 2. C. eod. m. de præsidis debui. egent. pag. 3.

VII.

Novum non dicitur quod est ex declaratione, Aymo Cravett. consil. 755. n. 2. per l. heredes palam 21. §. 1. vers. sed si notam. ff. qui test. am. fac. poss. & ut Ictus ait in l. adeo 7. §. cum quis ex aliena 7. in fin. ff. de acquir. rer. domin. novam speciem qui excutit, non facit, sed eam, quæ est, detegit. Sed & quod continuatur unum & idem, non diversum & novum est negotium. l. continuus 137. ff. de V. O. l. si quis ita legaverit 8. ff. de condit. & demonstr. Tiber. Decian. resp. n. n. 18. cum. seq. vola.

VIII.

Novum semper aliquid Natura producit. Nov. 73. in præfat. Nov. 74. cap. 1. 2. Feud. 24. §. 2. secundum etiam novam sententiam pronunciat Imperator. l. ult. de jure fisci.

IX.

Novissima derogant prioribus, l. pacta novissima 12. & ibi Dd. C. de pact. l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. eod. tit. latè Dd. citati à Barbosa ad d. l. 12. n. 3. & seqq. C. de pact.

Intellige

Intellige scilicet iis in actibus, qui ex partium duntaxat voluntate pendent & mutari possunt: tunc enim a prioribus ex communi consensu recedi, novaque forma in ultimis poni potest. l. i. si convenerit 6. ff. de positi. l. contrarius 23. ff. de R. I. Philip. Marth. 3. Conf. Marpurg. 26. n. 88.

CAP. XXVIII. Nox, Nocturnum tempus. vid. infra Vespera.

Axioma I.

Nocturnum & vespertinum tempus suspectum dicitur, ac plerumque nihil moderabile fradet, secundum Hypopolitum consil. 83. num. 16. & 17. juxta versum:

Nox, amor & vinum nil moderabile fradent.

Unde & delicta tali tempore commissa acrius puniendi sunt, per ea, quæ tradit Thom. Grammat. decis. 36. num. 14. & plenius in vot. 21. num. 45. & 6. Bald. in l. nemo. vers. deinde. C. de Episc. audien. Petr. Wesenb. consil. 40. n. 3. add. & tot. tr. Polyd. Rip. de nocturn. temp. & deliberato facta præsumuntur. Cravett. consil. 178. n. 16.

II.

Nox impedit agnitionem personarum. gl. in l. si cum exceptione. §. in hoc. ff. quod met. caus. Honthem. 2. de art. Notar. c. 19. num. 21.

III.

Illæ quæ sunt de nocte, non requirunt omnimodam solemnitatem Marfil. de banit. v. villis n. 23. seq.

IV.

Actus voluntarii ut contractus, testamenta, transactiones de nocte valent L. 20. C. de transact. ibique Gloss. non necessarij ut judicia, quæ die habenda.

V.

Factum de nocte tantum valet, quantum de die. cap. consuluit. 24. extr. offic. deleg. l. non minorem 20. C. de transact. ubi Bart. in princ. & num. seq. Carpov. p. i. consil. 29. de fin. 16. num. 5. Intellige verum, si nimirum communis consensus adsit. Jas. in l. more. ff. de fer. num. 12. cum indulgendum sit communi consensui partium. l. si constante 19. C. de donat. ante nuptias. & pars utraque præfens esset nec contradiceret. Jason. in d. l. non minorem. C. de transact. num. 3. per l. si de jussor. 26. §. pater. cum glossa. ff. de pignor. Bart. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. vel res esset peritura. arg. l. 1. & 3. ff. de fer. Jas. in d. l. more. & in d. l. minorem. vel jurisdictio judicis, vel ultima instantiæ dies expiraret. Bart. in d. l. non minorem. C. de transact. cap. consuluit 24. de offic. ac potest. judic. deleg. vel quando consuetudo esset in contrarium. Joh. Andr. post Specul. in tit. de sentent. §. juxta 8. num. 7. in gloss. de nocte, quem sequuntur Panorm. in d. cap. consuluit. de off. & potest. judic. deleg. Laurent. Tennin. in tract. de Cautel. caut. 347. num. 7. secus enim est hisce requisitis deficientibus. Sic in quibus causis de die judicia tractantur, d. c. consuluit 24. de offic.

& potest. jud. deleg. de nocte ferri sententia non debet, Socin. in tractat. de reg. fallent. reg. 445. Umm. in disput. ad process. judic. 19. lib. 7. num. 29. Angel. in §. omnis. Instit. de V. O. Ubi inquit, prædictam servandam fore opinionem, & judicem ab eâ recedentem litem suam facere, quem sequitur Tob. Nonius in d. §. omnis. num. 22. & seq. add. & Philipp. Corn. consil. 4. col. pen. vol. 2. Marant. de ordin. jud. in 3. part. 6. & ult. part. in princ. in primo actu. vers. incipiente venio igitur. num. 92. Jaffred. decis. 412. Sic nec creditorem etiam teneri solutionem de nocte recipere, dixit Jason. in l. more Romano. num. 11. ff. de fer. cum actum videatur, ut solutio fiat loco & tempore congruo. l. si solutus 39. ff. de solut. neque locatorem equi de nocte recipere teneri equum, tenet Jas. d. loc. num. 11. inde noctis tempore nec operæ laboratoriarum regulariter præstantur. per text. in l. 1. §. de oper. libert. vid. Zaf. l. sing. resp. 3. juxta illud Virgil.

Nox erat & terras animalia fessa per omnes,

Alitum pecudumque genus sapor altus habebat.

Et Claudiani:

Omnia quæ sensu solvuntur vota diurno,
Tempore nocturno redit amica dies.

Exc. nisi quoties favor pro reo esset, arg. l. favorabiliores 125. ff. de R. I. vel timeretur, ne quis poenam committat, tunc enim moram purgare de nocte poterit. Paul. de Cast. in d. l. more. quia in favorabilibus latissima sit interpretatio, c. indulgentum 17. c. 28. c. quod ob grat. 61. de R. I. lib. 6. l. 6. ff. de LL. Sic contractus, transactiones, ultimæ voluntates, appellationes, & alii actus legitimi extrajudiciales fieri possunt, d. l. non minorem. l. ad testium 22. §. penult. ff. de testam. quod in casibus necessitatis admittit Honthem. lib. 2. de art. Notar. cap. 11. num. 19. per d. cap. consuluit. in fin. & c. consuluit 3. de celebr. missar. Unde quia noctis tempus suspectum dicatur, juxta illud: qui male agit, odit lucem, Job 3. cap. perniciosam 21. 18. q. 2. & tenebræ sint aptæ ad fabricandum falsum. l. 5. §. si mulier. ff. de ventr. inspiciend. ac præsumatur contra eum, qui occultè confert beneficia. c. ut nostrum 1. ut Ecclesiastica benefic. & cap. Anastasius 9. dist. 19. neque omnino publicum dicatur, quod nocte fit, nec semper sobriè, quando bis in die corpus refertum est. Honthem. d. loco. Nihilominus tamen moribus ut malè introductum, hoc tanquam pro practica adjecit Laurent. Tennin. ut ad minimum duo vel tria luminaria accendantur. d. caut. 247. num. 3. per l. §. tria luminaria. ff. de ventre inspici. junctis his, quæ habentur in l. 2. C. de sentent. ex brev. recit. vid. Gothofred. Anton. disp. feud. 8. th. 3. lit. A.

VI.

Noctæ quæ sunt difficulter probantur. gloss. in l. item si cum. §. in hac actione. ff. quod met. caus. & Angel. ibid. Alex. in consil. 24. l. si quis inven-
tus. colum. 1. volum. 2.